



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 46. Mors Papæ Urbani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.  
A. C. 1389.

§. XLVI.

*Mors Papæ Urbani.*

*Gobel c. 81.  
p. 268.*

*Th. Niem.  
c. 68.*

*Th. Niem.  
ibid.*

Urbanus 11 Apr. 1389 tria instituit memorabilia. Annum sacrum, qualem haberi quinquagesimum quemque jussit Clemens VI, esse quemvis trigesimum tertium voluit Urbanus assentiens iis, qui Christum triginta tres annos in terra visisse credebant, præcepitque, ut hanc ob causam proximus annus 1390 religioni consecraretur. Deinde, ut per patrocinium Beatissimæ Virginis concordiam Ecclesiæ obtineret, Invisentis Elisabethæ Mariæ solemne instituit quotannis postridie octavam S. Joannis Baptistæ, si-ve secunda Julii agendum. Præterea concessit, ut festo die augustissimi Sacramenti etiam interdicti tempore res Divina perageretur; atque centum dierum indulgentiam consequerentur ii, qui SS. Eucharistiam a templo ad ædes ægroti, vel ab his ad templum comitarentur.

Papa Urbanus 14 Augusti graviter se habere coepit; ac per dies multos cada- verosam exhibuit faciem. Quapropter Theodoricus Niemius, qui prope ipsum erat, ejus vitæ timebat summopere: aje- bantque aliqui venenum illi præbitum fuisse. Tandem sub medium Septem- brem se prodidit morbus: quo per viginti octo

octo dies continuos durante Idibus Octo-Sæcul. XIV.  
bris extinctus est, postquam federat un-<sup>A. C. 1289.</sup>  
decim annis, sex mensibus, & octo die-  
bus. Cardinales, qui Romæ aderant,  
postridie rei notitiam dabant Imperatori  
Wenceslao, fratri ejus Sigismundo Hun-  
gariæ, Richardo Angliæ, Joanni Lusita-  
niæ Regibus, cæterisque Principibus, ac  
Rebuspublicis Urbanum agnoscentibus  
Papam. Hujus cadaver sepultum est in  
templi Vaticanæ facello, cui S. Andreas  
nomen fecit.

§. XLVII.

*Rex Gallie Carolus VI Avenionem  
petit.*

Interim Rex Franciæ Carolus VI Cle-<sup>Vita PP.</sup>  
mentem invisurus tertio Calendas No-<sup>to. 1. p. 523.</sup>  
vembres Avenionem intravit, ab eo, to-<sup>1377.</sup>  
taque ipsius Curia solennissimo ritu, sum-<sup>Froiss. l. 4.</sup>  
moque gaudio exceptus; & merito: cum  
esset præcipuum columnen agnoscentium  
Clementem. Comitabantur illum suus  
frater Ludovicus Turoniæ Dux, ac tres  
patruj sui, Burgundiæ, Biturigum, ac Bor-  
bonii agri Duces. Die lunæ Sanctis <sup>Labbe Gall.</sup>  
Omnibus dicato Clemens in Regem Si-<sup>Chron. to. 1.</sup>  
ciliæ coronavit parvum Ludovicum pa-<sup>p. 640.</sup>  
truelem Regis Caroli, qui hac in ceremo-  
nia sacrificantis illius manibus affudit  
aquam: ac Rex novus sacram Commu-  
nionem